



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Silentij bona sunt septem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

oportunitatem temporis & loquendi
tempus proferendi sermonis . Ideo
dicebat Ecclesiasticus . Tempus lo- **Eccl. 3.**
quendi , & tempus tacendi , &c. Ter-
tio debet habere puritatem , ut sit
purus à falsitate . Prou. Testis falsus **Pro. 19.**
non erit impunitus , & qui mendacia
loquitur , non effugiet , sicut à pro-
ximi nocumento , & à contumelia dei .
Quarto debet habere lenitatem , ut sit
dulcis sine clamoris asperitate . Ec- **Eccl. 6**
clasticus . Verbum dulce multiplicat
amicos , & mitigat inimicos . Prou. **Pro. 15.**
responsio mollis frangit iram , sermo
durus suscitatur furorem .

Silentij bona sunt septem.

Primum est quia facit hominem
fortem . Isa . In silentio & spe **Isa. 30.**
erit fortitudo uestra . Et ab-
bas pastor dixit . Omnis labor qui- **Pastor**
cunque euenerit tibi ex taciturnitate
superabitur . Secundum est , quia red- **Isa. 32.**
dit hominem pacificum . Isa . Erit o-
pus iustitiæ pax & cultus iustitiæ si-
lentium . Sicut enim ex nimia loqua-
citate frequenter sequitur iniuria tã
dei quàm proximi , sic ex silentio iu-
stitia nutritur ; ex qua uelut ex qua-
dam arbore , fructus pacis colligitur .

CHRISTIANA

Vnde cum claustralibus pax necessaria fit, ualde necessarium est eis silentium, unde pax sequitur, & multæ lites & iræ remanent. Vnde Prou. 26.

Pro. 26. Qui imponit stulto silentium minuit iras. Tertium est, quia reddit hominem amabilem. Vnde quidam philosophus interrogatus quomodo quis hominibus placere possit, inquit. Si gesseris optima, & locutus fueris pauca. Quartum est quia ostendit hominem sapientem. Prou. stultus si tacebit, sapiens reputabitur. Quintum est, quia est signum spiritualis perfectionis. Tren. 3. Sedebit solitarius & tacebit, qui leuauit se super se. Homo qui iam leuauit se supra statum hominum, qui habet deum consolatoriè & colloquutoriè, potest esse solitarius & tacere. ex quo enim habet deum pro socio, non curat de consortio humano. Vnde Seneca. Primum argumentum compositæ mentis existimo posse secum consistere, & secum morari. Et Bernardus. Cum quo est deus, nunquam est solus, &c. Bonum est præstolari cum silentio, &c. Sextum est, quia reddit hominem perfectum. Iac. 3. Siquis in uerbo non offenderit, hic perfectus est, &c. Septimum est, quia ad æternam uitam perducit. Psal. 33. Quis est homo qui uult uitam diligere

Pro. 17.

Tren. 3.

Seneca.

Bernar. Tren. 3.

Iac. 3.

Psal. 33.

dies uidere bonos. Prohibe linguam tuam à malo, &c.

Signa eorum qui credunt habere bona sua à se, sunt quatuor.

Primum est, quia ille qui utitur hoc uitio, de bonis suis in corde suo gloriatur. Contra talem dicit Paulus. Quid habes quod non accepisti? &c. Secundum est, quia de bonis suis se iactat. Iob. Si obsecutus sum manum meam, &c. quæ sequuntur. Tertium, non habentem similia bona contemnit quod est stultum. Vnde Bernardus loquens de pharisæo dicit. Frustra inflaris aduersus publicanum, ideo quia non habet ut tu, quia non accepit ut tu, gratias agendo; probas te nihil tibi tribuere ceteros aspersione, prodis quod in ore & corde locutus sis ut iudicares publicanum contemnendum per te, siue præ isto honorandum te censes. Quartum est, quia deo renuit seruire, & de bonis sibi à deo datis, deo in pauperibus homo tribuit, ideo bona sua à deo non recognoscit. quia sicut dicit sapiens; Verissima recognitio domini est redditio census, uel seruitij.

P. Lucio

Grego
1. Cor. 4

Iob. 31.

Bernar.

Grego

Grego

Heb. 11

